

D. D. JOANNIS 141.392

DE AYLLON

LAYNEZ J. C.

UTRARIENSIS
ILLUSTRATIONES,

SIVE

ADDITIONES

ERUDITISSIMÆ AD VARIAS

RESOLUTIONES ANTONII GOMEZII.

*Quibus non solum ipsas Gomezii doctrina novum splendorem accipit, verametiam difficillimas
de TESTAMENTIS, CONTRACTIBUS & DELICTIS Quæstiones
doctissimis Scholiis enodantur & elucidantur.*

Nunc secundæ Typis Lugdunensibus prodant, longè quàm antè præcipitis & elegantibus



LUGDUNI,

Sumptibus ANISSON & POSUEL.

M. DC. LXXXVII.

CUM PRIVILEGIO REGIS.



EXCELLENTISSIMO
 PRINCIPI
 SANGUINIS ET VIRTUTUM MERITIS
 CLARISSIMO HEROI;

Cui & à sapientia sua inest sapienti condemnatio, in fame aternaturam
 laudem, & nominis victuram semper celebritatem,


D. DANTONIO
 JOANNI LUDOVICO
 DE LA CERDA,
 DUCI AUGUSTOBRIÆ
 (VULGO MEDINA CÆLD)
 ET DE ALCALA,

MARCHIONI DE ALCALA DE COGOLLUDOS. Tartesia seu de
 Tarifa, ac Oppidi de Laguna: Comiti Nobilissima Urbis Por-
 tus Mnesthei (nobis Puerto de S. Maria) & las Molares:
 Archigrammateo seu Notariorum Principi & Presidi, Cuberna-
 tori (nostro nomine Adelantado) totius Baticæ: Adili Maxi-
 mo Hispalensi, pro Hispalensis etiam tractu Dominatus: COMMENDA-
 TARIO EQUI TI DE LA MORALEJA in Nobilissimo Equestri Or-
 dine de Alcantara: Ad Oceani oras & bellicas Baticæ copias Du-
 ci Generali præfecto: Domino ac Mæcenati meo, S. P. D



N tandem (Maxime princeps) hoc ingenii, laborisque
 mei opus Tibi sistitur benignam tui favoris auram cap-
 taturum, & à tui splendoris celsitudine sibi spem patro-
 cini certissimam pollicetur: nec Te Patronum meum
 importunus cliens ambio; si enim (ut summa ratione
 aiebat Aristot. Politic. 3.) mentis nostræ ædificium soli-
 dum prudentia, fortitudine, & justitia sustinetur, jure inde hoc Tibi de-
 bebatur consecrari, cum his virtutibus nemo Tibi comparari valeat, & ut
 Seneca dicebat, Pulchrum est eminere inter Illustres viros. Quibus præterea
 accedit, nam cum Deus, rerumque naturam tam longa Regum Surpe Te

ADDITIONES AD VARIAS RESOLUTIONES GOMEZII.



AD CAPUT PRIMUM.

*De hereditatibus qua ab intestato des-
cendunt.*

SUMMARIUM.

- 1 Doctores de hac materia agentes referuntur, & de intellectu verbi. Ab intestato.
- 2 De definitione successione, ad intestatum.
- 3 Quid significet verbum succedere, & successio, quotuplexque sit.
- 4 A quo jure successiones oriuntur, & quo jure filii debeantur.
- 5 Legitima an in totum talli, seu mixta pro parte possit, ubi ampliationes & limitationes aliquae adduntur omnino videnda.
- 6 Testamentum quo jure introducitur.
- 7 Si filius, ergo heres: Declaratur, & ibi quod non est distinguendum, an sit filius, vel filius, in potestate, vel emancipatus.
- 8 Ratificatio quo tempore facienda.
- 9 Quod filius in successione preferatur ayo, licet ante in primo gradu existat.
- 10 Quod pater, & filius, una eademque persona, & error reputantur in jure: ex quo aliqua inferuntur.
- 11 Filio reprobato pater pro eo respondere potest.
- 12 Merita & servitia parentum transmittuntur in filios.
- 13 Privilegium iure concessum ab merita patris, an transeat in filios.
- 14 Si primo caveatur quod nullus habeat officium in civitate nisi habeat patrimonium centum librarum, an filius possit habere tale officium, licet non habeat centum libras si pater illas habeat.
- 15 Pater conservatur in filio.
- 16 Filius patre vivente an possit vocari Dux, Comes, &c.
- 17 Ex praedicta identitate processit successio in filios, transmissio hereditatis, & continuatio domini.
- 18 Agitur de L. Tauri, & quid non admittitur

*linea ascendentium nisi finis descendenti-
um.*

- 19 Posthumus quod gaudet privilegio salutaris.
- 20 De partu naturali, ubi de extraneo à ventre matris facta, & an debeatur legatum relicto matri si pepererit filios.
- 21 Renuntians hereditati paternam quod possit succedere posthumus, vel alteri filio seu heredi qui acquisiverit eandem hereditatem, ubi ampliatum, & ibi de hereditate collata testatam.
- 22 Nepotes succedunt deficientibus filiis.
- 23 Nepos succedit si sit maternus, vel concupinus vius ayo.
- 24 Rationes & exempla dictae conclusionis.
- 25 Limitationes dictae conclusionis.
- 26 Nepotes succedunt in stirpe, & non in capita, & ibi de quaestione parvi & nepotici.
- 27 De representatione, & an suffragium extendatur, & quid in filio commisso.
- 28 In collateralibus quando habeat locum representationis, & a quo jure procedat.
- 29 De representatione in majoribus.
- 30 De successione collateralium, remissive.

In hoc primo capite agit noster Gomezias de prima linea, scilicet descendenti, tam in materia successuum, quam nimis utilem, passimque & frequentes versatam appellat Rojas in epit. successuum, cap. 1. num. 2. & quae scriptam commendat, aliaque non egge commendatione, ut in alio proposito ait Ulpianus Juris, in l. i. ff. de in integr. restitut.

De materia hujus capituli in hac generalitate agunt Doctores in i. s. regulam, ff. unde cognati, & in archiep. de hered. ab intest. venient. & alia pluribus locis cumulatis per Spin. in spec. res. tam. glo. 1. p. 1. num. 1. eamque exornat laudatissimè Covarr. de success. ab intest. per totum in alio, sub cap. de testam. Menoch. de praesumpt. lib. 1. q. 46. num. 20 & 21. & lib. 4. praesumpt. 27. Maniatis 20. de l. i. de s. lib. 3. recapit. ubi plura 3. explicati quae dicantur decedere intestatus, & in l. 1. de i. glo. 1. §. 2. Cancercius in suo tract. cap. de success. ab intestat. omnino videndus, Antonius Gabriel in suis comm. hoc titulo de successibus ab intestato.